

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Gula x
cum uariis

Quibuslibet escis refectus uenter seminaria luxurie parit, nec preualet mens discretionum gubernacula moderari ciborum pondere prefocata. Non enim sola crapula uini mentem inebriare consueuit, uerum eciam cunctarum escarum nimietas uacillantem eam ac nutabundam reddit, omnique integratatis ac puritatis contemplacione dispoliat.

Iohannes Cassianus de institutis monachorum.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

escis] cui *add. (del. sub lin.)* C; nutabundam] mutabundam P V¹ V² L¹, *add.* eam P V¹ V²; institutis] institutione P V¹ V² L¹ L²